

1304, Giugno 10.

*Quitanza fatta ai Veneziani per i loro debiti nel fatto antescritto.*

In nomine Domini, Amen. Noverint universi presentis instrumenti publici seriem inspecturi et audituri, quod Baronus *Torocius*, Conestabuli ducha, pro domino rege Armenie, hodiè in Lajacio, secundum quod recitavit de lingua armena ad latinam *Guillelmus drugomanus* curie, dixit et confessus fuit *Johanni Permarino* hodie baiulo burgensium Venetorum de Lajacio; quod de mandato domini regis Armenie et baronorum *Ligossi* et *Galo-zazi*, Capitaneorum de Lajacio, habuit et recepit ab eodem *Johanne Permarino* bajulo, solvente pro burgensibus Lajacii, dierum novos Armenie mille ducentos *xvij*, pro dare et solvere Bimdoni Secimerende hodiè consuli Pisanorum, pro emendatione dampni eidem Bindoni facti in castro de terra per bajulum, mercatores et marinarios duarum galearum Venetorum, que ceperunt castrum Lajacii de terra, et deraubaverunt in tempore proxime preterito; et in quibus galeis erant *Andreas Sanutus*, *Paulus Mauresinus*, *Pantalon Mauresinus* et plures alii mercatores; quem<sup>1</sup> vero Bindonem Sechamarendam consulem de predicto dampno sibi facto, primo jurare fecit quod tantum fuerat, ut dixit dictus ducha, habuisse in mandatis de predictis omnibus a predicto dominino rege et capitaneis. Et abrenuntiavit dictus ducha omni exceptioni et juri, que et quam contra in aliquo predictorum dicere aut apponere posset, et predictorum deremorum non habitorum et non receptorum ut supra et omni juri, et ad petitionem domini *Johannis Permarini*, dictus ducha, de predictis, me notarium infrascriptum communis Januensis et domini regis Armenie, deberem confidere publicum instrumentum in testimonia predictorum, in quo suum sigillum apponere promisit et testatum et factum bullavit. Hoc fuit actum in Lajacio, in castro de terra ante portum, loco ubi curia tenetur, anno Domini nativitatis *mccciiij*<sup>o</sup>, inductione se-

<sup>1</sup> quod.